Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

Ianuarius 1565

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

REGISTRATVRA ANNI &c.

M. D. LXV.

IANVARIVS.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus &c.

4960

Comiti Prospero ab Archo

Magr. fidelis nobis dilecte. Baptistæ Cortesio, quod eius apud nos integritas, et animi erga nos obsequentiss. studium magnopere à probatis quibusdam viris commendetur nrâ benignitati non inuiti adsumus, Ac proinde, quam re hoc tempore nrâ se cõmendatione apud S. D. Pont. Max. adiuuari pergit humiliter petyt, in consequendo scilicet Campi Vicini Banco, clementer etiam annuimus. Tibi igitur benigne per hasce mandamus Vt, qua, potes accuratissima opera et studio apud eius Sanctm nro nõie interpellando ea de re instes atq; satagas, quo ille sui tandem desiderij compos, in nobis tanti psidij non frustra se collocasse sentiat. Ages in hoc plane ex nri animi sententia, et priorem in te benignitatem, facilius et conseruabis et adaugebis. Datum Viennæ Austriæ die secunda Januarij Anno ꝓ M. D. LXV.

Cardinali Altẽps.

4760 Cardinali ab alta Emps

Maximilianus &c. Pro ea, quæ de R.me D.ne V.ra erga nos animi propensione, et apud S. D. Pont. Max. authoritate est indubitata opinio, equidem Baptistæ Cortesio Viro integro et nobis magnopere cõmendato, uel nro nõie ipsam suo fauore adesse plurimum desideramus. Is aũt à S.mo Dno Pont. Max. Banco Campi Vicini benignissimè sibi conferri orat, Ea igr in re si illi R.ma quoq; Pat.tas V.ra sua intercessione beneuolenter aderit, atq; eum ita iuuerit, ut ipse cæteris si qui erunt competitoribus in eiusdem Banci consecutione omnino pferatur, sane accipiemus id pergrati de R. P. V. erga nos studio testimonij loco neq; mutua beneuolentia, qua aliogũm in ipsam multa ferimur demerendum, unq; pterminitemus. Datæ Viennæ 2da Januarij. Anno M.D.LXV.

Maximilianus &c.

Aurelio

498° Aurelio Fregoso

Et opportuna et grata nobis cumprimis accidere, q̃ tu pro fide assidui tui erga nos obsequij de Venetorum cum Transylvano collusione lrīs nos tuis admones: Ac proinde ut in eo officio ad nos singula, quæ deinceps eiusmodi rescisces accuratissime perscribendi, et ad manus nrās propriās transmittendi porro quoq; pergas, perbenigne te cohortamur: Neq; est quod te quicq; moueat, quod ipsi pserim curaturi simus, ne te talia scribere quispiam alius pter nos subodoretur. Ea autem ratione non minq quam obsequia nimia tua, nram in te benignitatem accumulabis. Data Viennæ 3ª Januarij stilo p M.D.XXV.

499° Summo Pontifici

Beatissime Pater ꝛc. De Baptista Cortesio

Viro

Viro multis probato V.ae S.ti commendando quæda demandauimus M.ae f.n.d. Prospero Comiti ab Arcbo Nostro istic Oratori ad eandem V. S.tem deferenda, In his igr, ut V. S.tas ei et fidem benigne habeat, et nobis solita sua in nos paterna beneuolentia amuat, Nos ab ipa pro filiali nra obseruantia petimus. Quam ꝛc. Data Viennæ 3.a Ianuarij Anno ꝛc. M.D.XXV.

500. Literæ patentes, dimissoriæ pro Ludouico Pascuo Item pro Petro Toutpacis, et Ioanne Nicatici Cantoribus quond: Cæsareis pro Ioanne Trylle 4.to Expeditæ.

MAXIMILIANVS ꝛc. N. et N. f.n.d. quo Choraula siue Cantore in Sacello nro aliquandiu sumus usi, comodioni porro uitæ rationi instituendæ alio comigraturum, et Clementer ex aula nra dimisimus, et quod in officia eiusmodi magnopere sedulu sese gesserit, de cæteroq; honesti apud nos egerit, non ipi solum benigne complectimur, sed ab ijs et, ad quos ille demcps peruenerit, hoc noie benigniq; et beneuolentius aliquando haberi atq; foueri Clementer

menter cupimus, Et ut pterea profectio sua iam suscepta opportunius cedat. Vos uniuersos et singulos amicos et beneuolos nros, ceterosq; ditioni nrae non subiectos, amice, beneuole ac sedulo adhortamur, Clement item petimus. Subditis uero nris serio mandamus, ut eidem Joanni Trylle per quoscunq; traiectus, portus, pontes, omniaq; et singula domina et loca, quo terra mariue peragraturq aut traiecturus appulerit, tutum facili, atq; omni carens graui molestia iter in uris uel Vrae gubernationi demandatis ditionibus procuretis, Ea in re facient amici quidem nri ꝛc.

Datae Viennae VI et VIIa Januarij Anno ꝓ 65.

Maximilianus ꝛc.

501°

Ciuitati Posonien, Vt Mgrum S. edoceant utrū Adamus Salatbeus Canus Posoniensis cū Concubina aut vxore habitet, Eadem Capitulo Posonien. scribitur.

Quoniam Adamum Salatbeum Posonien. Canonicu concionandi munus apud Vos aliquandiu obijsse intelligimus, eius et de uita moribusq; ut nos accurate edoceatis Clementer Vobis mandamus: maxi:

me uero

me uero an Concubinâ aut uxorem cui cohabitet, domi suæ habeat, (siquidem ad nos defertur duas illum siue uxores siue Concubinas alere) ui de eo, quod res exigit, certius exinde statuamus. Agetis autem Vos eam re ex nostra benigna uoluntate. Dat. Viennæ VI. Januarij Ao. M.D.LXV.

DECRETVM.

502 Ad Camerae Aulicae Consiliarios, Vt apud Camerę Hungaricae Cons.os efficiant quo Joañi Sambucò, ad pristinâ pensionè, alios centenos flor.os numerent

Sacra Cæsarea Mt.s Dominus noster Clementissimus, Cum ingenia ad usum publicũ apta et dedita literis psertim, Imperatorũ et Principum liberalitate fouenda sint et excitanda, huiusq; rei Egregius Joannes Sambucus Medicinae ac philosophiae Doctor aulae suae Mt.i familiaris documenta non modò priuata, sed publica etiam edideit, Suaq; Mt.i dignus sitpuisus, quem omni gratia et fauore nunc, et postea complectatur, Clementer committit Mag.is et Nobilibus Dominis Praefecto et Consiliarijs Camerae suae aulicae, ut + Bo.ni D. Praefecti et + apud Mag.tos ac Nobiles

Consiliarios

Consiliarios Camerae eiusdem S. Mtis Vngaricae effi:
ciant, ut à VI.to Januarij huius anni, M. D. LXV com:
putando eidem Sambuco ad pristinam pensionem
totidem, hoc est, centenos, durante uita eius, sedulo
et maturè numerent, hocq; Decreto et literis suis
rationibus cauerunt. Ea in re facient illi ex be:
nigno Suae Mtis mandato et voluntate. Vi:
cesimae VII.a Januarij Anno ut M. D. LXV.

Maximilian. &c

503. Ad Oratorem Venetijs

Honorabilem Doctum f. n. d. Petrum Andream
Matbiolum Serm.i Austriae Archiducis Ferdinãdi
Medicum Illu.i Principi Venetorum Duci certo in
negotio, quod ex literarũ, quas ad huius Dis.is
scribimus, exemplo hisce inserto, accipies, iuuan:
dum pro nra in illum benignitate multum
cõmendamus, Et quia ea in re nra illum benig:
nitatis fructum speratũ sentire cupimus, tu

quoq;

quoq; operam et studium tuum nro nomine omne adhibebis, nihilq; pterea omittes, quod ad consequendu quod ille petit pertinere animaduerteris. Ages in hoc nra ex benigna uoluntate, qua in te singulari propendemus. Datę Viennæ viii. Januarij Anno 1565.

Maximilianus etc.

5040 Augustino Titioni Comiti Titiano

Tuæ et pietatis in defunctum, et obseruantiæ erga Nos summæ, iudicio Nobis pclaro fuit istud Deuotionis plenum, de Diui Imperatoris Ferdinandi foelicissimæ memoriæ, Parentis nri obseruandissimi morte nobis condolendi officium, quod literis apud Nos tuis tam accurate pstitisti: Obtigit itaq; id quidem per se nobis ualde gratum; Verum quod pterea nræ in Imperio successioni tantopere congratuleris, et à Deo immortali fausta omnia oia precatus, in nobis etiam rerum tuarum psidiu tantum colloces, eo sane officio illi gratiori et

nobis red:

nobis reddendo, et nrae benignitati, qua tuas res fortu-
nasq; protegendas libenter hactenus suscepimus, in
te porro etiam fouendo atq; complectendo conserua-
dae, multum planè momenti attulerunt. In eiusmo-
di igitur si modò obsequij erga Nos tui explendi de-
siderio, de quo nihil Nos addubitamus, perstiteris,
sanè ut id acceptum nobis cumprimis esse, uel tuo com-
modo sextias, clementer cum res feret, efficiemus.
Datae Viennae VIII. Januarij Anno M.D.LXV.

Maximilianus etc

505. Duci Veneto

Laudata passim in Viros eruditos, deq; Repub.
literaria bene meritos Vra Dis.tis istiusq; Am-
plissimi Senatus beneficentia in eam nos opini-
onem planè inducunt, ut, quod hoc tempore
Honorabilis doctus fidelis nobis dilectus, Petrus
Andreas Matthiolus quo Sex.mus Austriae Ar-

chidux

chidux Ferdinandus frater noster charissimus Phy:
sico utitur, à V. Dis.ne supplex petiturus est, et nos
etiam comendatione hac nra libenter interposita
impetratum ei percupimus, ipsum minus grauate
coseculturum confidamus. Est enim is homo sin:
gularis doctrinæ et ad comunem studiosorum utili:
tatem de studium vesq; ingenij sui fructus impi:
gerrime conferens: neq; aliud petit, quàm quod
non tam sibi, quàm publico Literatorum comodo et
Vrbi et Reip. laudi esse queat; Nimiru ut comen:
tarios suos in Dioscoridem istbic quidem à se
antea typis editos, nunc aut innumeris additio:
nibus, et iconu maxime nouoru prioribus multo Ele:
gantioru aliquot Centurijs locupletatos, sub Vrbe
Dis.mis istius q; Illu.is Dominij priuilegio (quo caueatur
nesp̃ter eum, cui ille mandarit, Typographoru quisq;
alius intra certum tempus eosdem typis suis
istbic imitetur.) denuo Vestra eadem in Vrbe im:
primendos curare sibi liceat: quemadmodum ipse
Matheolus supplici suo libello V. Dis.mi specia:

tim expo:

tim exponet, Ea igr in re (siquidem illum ob fida maxime et eximia, ꝓfato Serꝫmo fratri nro ꝓstita obsequia, charum nos et mutum habemus) ut Vra Dilꝫio istiusq; Illmi Senatus nro etiam nomine bene: uolenter illi annuat, neq; obstare uelit, si quam parte recepta istic consuetudo diuersu suadeat, nos etiamnũ peramanter petimus. Et sane acci: piemus id eximij de V. Dilꝫis istiusq; amplissi: mi Dominij propensa erga nos uoluntate testi: monij loco: neq; ullam pergratum nobis id fuisse testandi, occasionem mutua nra erga ipsam ami: citia et beneuolentia, ꝓtermittemus, Valeat ea: dem V. Dilꝫio prosperime. Datę VIII Janu: arij Anno ꝛc. M. D. LXV.

506°

Index sceleratorum homi: num ad triremes cõdemnatorꝫ

MAXIMILIANVS ꝛc. Notum facimus Vniuersis, ad quorum manus hæ literę peruenerint. Quoniam subscriptos hic homines sceleratos et maleficos extremũ supplicium meri:

tos,

tos, atq; ad id maiori etiam ex parte iam condemnatos, singulari ex gra Vita quidem donauimus, uerũ, ut scelerũ tamen suorum aliquas et poenas luerent, partim quoad superuixerint, partim uero in certos annos, pro cuiusq; delicti ratione, ad triremes ducendis remis addiximus, eomodo, quo sequitur.

Ob scelerum suorum grauitatem totos uitæ suæ dies ad triremes condemnati.

Georgius Pfund.
Caspar Schwartz.
Blasius Florentzer.

Ad statum annorũ numerũ triremibus addicti.

Michael Toppler in Sexennium
Georgius Ödenberger in totidem annos.
Matz Stichnwider totidem.
Joannes Strasser in quadriennũ
Wolfgangus Maurer totidem.

Mattl

Mattl platzen ad placitum suæ Cæs Mtis

Andreas Weissenfelder itidem ad placitũ Cæs Mtis

Martinus Auer in triennium.

Martinus Geisebih in totidem

Lucas Mayer in totidem.

Lucas Druebler in totidem.

Vlricus Riemer in totidem.

Joannes Trembl in totidem

Joannes Mychele in totidem.

Joannes Hayder in totidem

Joannes Pruggmüller in totidem

Stephanus Sonleuttner in totidem

Petrus Puebler in totidem.

Goriell properinger tradetur Commissarijs per prouincialem Carinthiæ Pfectum, condemnatq; et ipse ad triremes in triennũ.

Laurentius Hauersberger in biennũ.

Christophorus Mairhoff in biennũ.

Sane serio et omnino Nos uelle iam enumera-

tos Soies

tos homines, quanto p̃scripsimus tempore et modo, singulos punirj neq; illorum quenq; breuius aut diutius in triremibus detineri. Quod ita esse manu nra, hisce subscripta, et Cæsareo nro sigillo impresso attestamur. Data Viennæ die decima Januarij Anno M. D. LXV.

5080 Decretum per Imp.m XI.a Januarij A.o 2d. 65. Vt Caspar Comes Lodronj 2d. et Franciscus Arcbi Comes discordias inter Joan: Alphonsu Castaldum 2d. et Doctorem Franciscum Spatharium 2d. obortas, componant.

Sacra Cæsarea Mt. Domino nostro Clementissimo molestum planè accidit, eas discordias, quæ inter Mag.cum Joannem Alphonsum Castaldum Sacræ Cæs.a Mtis. à poculis, et Doctorem Franciscũ Spatharium Rm. Dñi Zachariæ Epi Pharen, et S. D. N. Pont. Mis, apud eandem Cæsaream Mtem. Secretariũ obortæ sunt, audire, maximè quòd eundem Doctorem contumeliosis uerbis affectum grauiter fuisse intelligat. Quapropter ut illæ comodius com:

ponantur

ponantur, instituit pſentium tenore in id Comiſſarios
Illuſtres Dominos D. Casparum Comitem Lodroni Sac. Cæs.
Mtis Camerarium et siniscalcum, et D. Franciſcum Co:
mitem ab Archo 2d. ijsq; serio iniungit, ut sine mora
Castaldum et Spatharium ad se uocent, de tota contro:
uersia ac rei serie utrinq; audiant, Cæsareaq; sua
Mtis nomine eos moneant, uelint rem inter eos ex æquo
et bono, pro ut ijsdem Dnis Comiſſarijs uidebitur, ad
amicabilem finem deduci, suscipiantq; antè nomina:
ti Dominii Comiſſarij eiusmodi modos, quibus ea dis:
sensio, habita utriusq; personæ, status, et conditio:
nis ratione, compendiosiùs honestiusq; tolli posse
censebunt: Quod si forte alijquis uel suæ Mtis uo:
luntati, uel ijs, quæ sæpe nominati Comiſſarij in hoc
ipso casu facienda esse concordes decernent, ad:
uersabitur, tunc ijdem de toto re, actis et gestis,
circumstantijs etiam singulis expſsis, Sacram
Cæs. Mtem scripto obseguenter edocebunt. In:
terim serio etiam ijsdem partibus mandent, ut
ab omnibus contumelijs et iniurijs, tam uerbis

quam factis mediate ac immediate coram et absentes inter se abstineant. Agent illi in eo ex eiusdem suae Cas.re Mt.is benigna voluntate et mandato.

Maxmilianus &c.

Ad Archiepum Colocen. & Jaurien. Epum.

508

LXXXIII

Alienum nobis plane ab opinione nra accidit, quod ad nos modo defertur, Altenburgum Ciuitatem Parrocho et Concionatore, qui subditorum illic nostrorum saluti Concionando, Sacramentorumq; legitima administratione consuleret, a tanto iam tempore destitutam extitisse. Quapropter id T. Deu.mi mandati nunc quidem damus, ut quem illis ppo: nat Parrochum suma sedulitate quamprimum inquirat, pium aliquem Virum, et eiusmodi muneri obeundo parem, Qui pterea Sacrosanctae Eucharistiae communionem eu ratione, quemadmodum a Sac. Cas. Mt.is Dno et patre nro

observandiss.

obseruandissimo augustiss. nc: hac in Vrbe no:
stra Vienna antea instituta, et à nobis porro
comprobata, sub utraq; minorum spe administ:
ret, ac decaetero moderatis omnino rationibus
in religionis cultu conseruando et tradendo uta:
tur, ne forte plus destruatur, quam extruat.
Atq; hac benigna nra est uoluntas et arbitriu.
Date Viennae XI Januarij Anno ꝓ 65.

Maximilianus &c.

5090 Cypriano Leouitio

Pro uoluntate nra benigna curatu est, quod pro:
ximè tuis literis ad nos scribis, te demandatum
tibi à nobis opus iam absoluisse, ac proinde te:
ipsum ad nos Pragam (si ita nobis ut dentur)
esse allaturum. Id itaq; ut ita facias, ad:
hucdum Clementer te adhortamur: Et quan:
doquidem alioquin priuatorum negotiorũ cau:

sa

ga Bohemiam breui inuisere tibi animus est
ubi de nro illic aduentu certior facile et ma:
ture fias, illico ac Pragam nos appulerimus,
recta ad nos te conferas. In eo mandatum
et uoluntatem nram Clementem prosequutu:
rus. Datæ Viennæ, XII Januarij, Anno ꝛc.
M. D. LXV.

Maxnnilian ꝛc

510° Ioanni Petro Merendæ

Etsi non leuem nobis animi dolorem conciuit, quod
abs te de Serm.ae Dnæ, Margarethæ Sororis nræ
char.mae inualescente ægritudine accepimus:
siquidem tn ualde anxium est, de ijs, quos unicè
diligimus, interdum nihil scire, nos sanè istam
in eo nobis maturè significando, fidem tuam,
et sedulitatem multum in te adamauimus.
Atque cum Diuinæ bonitati, in qua spes illam

suas ocs

suas omnes ponere scimus, tua quoq; et Honora:
bilis docti nobis fidelis Medici nri aulici Julij
Alexandrini in curanda eius Dis.ne opera et
studium adeousq; sollicitum accedat, non
dubiam in spem erigimur, fore ut de illa ua:
letudini pristinæ restituta nunciũ gratũ
breui nobis afferatur: Itaq; si in illa uos cu:
rationis diligentia, de qua optima nobis pla:
nè est opinio persistentes, omni pterea occa:
sione quid de eius Dis.ne agatur, quid accrescat
uel imminuatur eius ægritudo, sigillatim porro
ad nos perscribetis: plane efficiemus, ut inpri:
mis acceptum uos officium nobis pstitisse, uel uc:
stro comodo euidenter aliqn. Sentiatis, Date
Viennæ xii Januarij Anno ꝛd. M. D. LXV./

Maximilianus &c.

511. Francisco de Bathyan

Mg.ce fn d. Quae ad nos literis tuis Quarto Januarij datis scripseras, equidem Clementer et probè intelleximus, et quia et antea, quam de hoc abs te admoneremur, et et apud nos omnino statutum est Vngaricos nros Consiliarios huc euocare, inter quos tu quoq; accerseris, sane opportunius te coram tum edocebimus, nonnulla ex ijs, quorũ nos admones, non adeousq; certa te resciuisse, atq; adeo res eas longe aliter se habere, sed quod nunc quidem Clementis tnsi loco tibi esse uoluimus. Data Viennae xiiii Januarij Anno 2d. M. D. LXV.

Maximilianus &c.

Ciuitati Posonien.

512°

Ex Judice Ciuitatis nrae Vienen. et hisce inclusis lris Clementer intelleximus, Maurum siue Aethyopem illum, qui Julio Dragmato Genuam captiuum deducenti, aufugerat, apud uos comprehensum carceribus etiam: num detineri. Eum igr Maurũ, ut presentium latori

huc abdu-

huc abducendum liberum tradatis, Clementer item nobis mandamus. Atq; in eo ex benigna nra uoluntate egisse Vos agnoscemus. Datæ Viennæ xvii Januarij Anno ꝓ M.D.LXV.

Maximilianus de

513. Parmæ Duci

Alexandro à Porta Sauello cupimus in eo, quod nostra commendatione apud D. T. impetratum supplicitet expetit, benignitatem in ipsum nostram commodo optato esse, et qui T. Dis.tis est in causis æquis fouendis et uindicandis iustitiæ ardor, quem illi facilis et benigna in re iusta sit affutura, nihil diffidimus Is cum fratribus Patrui sui Guidonis absq; legitimis Successoribus de mortui testamentum, quo ipse et fres "sui" pter conuentiones familiæ ~~sui~~ ipsorum fidei commissarias exclusi, Vxor uero eiusdemq; ex filia nepotes hæredes instituti sunt, tanq; inofficiosum legitima ratio-

me

ne coram Judicio impugnaturus, T. Dis.ni authoritate id saltem effici et caueri supplicat, ne lis eiusmodi necessario sibi suscipienda cauillationibus uel inutilibus alijs ambagibus pter meritum producatur, sed, quam potest maximè maturè absoluatur. Quod si à T. B. obtentum senserimus ipsi quoq; pergratum in hoc nobis fecisse, mutuæ benuolentiæ et amicitiæ nræ testificatione libenter aliqd T. Dis.ni declarabimus. Dat. Viennæ xviii Januarij Anno ꝛd. M. D. LXV.

Maximilianus ꝛc.

Duci Venetiorum

5140

Sensimus quidem Gabrielem et Heraclitum Gondinos, frres Ill.mi Vestri Dominij subditos, à nobis Dis.ni Vræ iamantea Clementer clementer comendatos, tam nostro noie, quam ob eius rei, quam petiere æquitatem benigne satis hucusq; à Vrâ Dis.ne habitos esse. Quando autem hoc tempore ita rerũ eorũ ratio tulit, ut

in his pro-

in his prouincijs sedem fixam porro ponere omnino
statuerit, hoc pterea à Vra Dilnis benignitatis in il:
los conferri beneuole petimus, ut eiusdem Vræ Dilnis
istiusq; Clarissimi Dominij uenia liceat illis in patria
hoc tempore liberè proficisci, atq; bona sua, q illic ipsis
reliqua sunt, pro usu suo, tum alieni æris à se con:
tracti comodius exoluendi, tum instituti etiam sui
non iniqui commodius prosequendi causa liberè lice:
at. Fecerit certè V. Dilnis in eo nobis quoq; eo gra:
tius, quo magis illos ob studij et obsequij erga nos sui
testificationem sedulam comendatos habemus. Id
quod mutuo nro erga V. Dilnis et Illi istud Do:
minium amore et beneuolentia, libenter cum res fe:
ret, contestabimur. Valeat eadem Vra Dilnis feli:
citer. Datæ Viennæ xx Januarij. et
Vltima Martij renouata Anno ꝛc. M·D·LXV°

516° Maximilianus etc.

Francisco Pestien, sex vaso:
rum Vini rubri et totidem
Vini Albi recepisse.

Sex

Sex illa uasa Vini rubri, et totidem Vini Albi, quæ mandato nro Clementi obseguens, ad nos transuehenda curasti, sunt nobis integra et opportune sub Andreæ Kuelmani conductu allata, gustui pterea nostro non ingrata, Tuum itaq; in hoc etiam obseguij genere studium, et sedulitatem multu comprobamus, benignitate tibi de cætero nro plurimum propensi. Date Viennæ XXI Januarij Anno Dni M. D. LXV.

Maximilianus &c.

516 Oratori Venetijs

Binas tuas literas, unas quidem Latino sermone alteras uero Germanico, propria tua manu VI Januarij ad nos scriptas, et quam hisce coniunxeras nouarum rerum breuem amotationem, accepimus, tua de sedulitate et in perscribendis, quæ ad nos spectare intelligis, fide Clementer te complectentes.

Et de

Et de Andrea primũ Ganassone Brixienũ quod nro iussu tam accurate perquisitum nobis significas, gratum nobis ualde fuit, intelligere, ac proinde suo tempore memoriam eius rei opportune reuocabimus. Interim tu quæ tam de hac, quam alijs rebus intelliges, solita tua diligentia porro septimanatim ad nos perscribes. Porro Præcedentiæ Serm^mor^ Regum Hispaniarum et Galliarum negotiũ quod attinet, arbitramur te quod necesse tibi est, ex literarũ nrar^ ad Franciæ Regem et Reginam scriptarum exemplis, quorum copiam tibi fieri iussimus, abunde intellexisse, ac proinde quid ijs occasione incidente ea in re facto dictuue opus sit, facile te porro esse prosecuturum. Illud uero, quod de Galeatio Fregoso à Venetis comprehenso significas, iucundũ certe nobis auditu fuit, Cupimus propterea Clementer eam eius retentionis certa, et quid preterea de illo Veneti suscepturi sint accuratissime per te inquiri, ac quid demum nobis ea in re agendum tibi uideatur ex te sigillatim accipere.

Andrea

Andreæ demq; Gromi consilia, machinationes et negotia, quoniam possibile est, eadem cura et sollicitudine, qua hactenus nro mandato fecisti, deinceps etiam perseruitari non desines, ut de ijs nos opportunè admoneas. De cætero Tuam nobis fidem et studium cordi esse, ut tuo commodo aliqd sentias, nos benigni admodum curabimus. Data Viennæ xxiii Januarij Ao p M. D. LXV.

517°

Summo Pontifici tempus Exequiarq; Cæs. Mtis Pragæ destinatarq; significatq;.

Beatissime in Christo Pater, ac. Quod iampridem Nobis notissima sit uerè paterna illa uoluntas et animi syncera propensio, qua Vra Stas Sacram Cæsaræ Mtis Parentem nrum amantissimu augustissimæ memoriæ adhuc, constantissime semper amplexa est, equidem certum planè habemus, eandem Vram Stem extremo illo et Suæ Mtis exequiarum à nobis instituto officio, quale no Christiana solum charitas suadet, sed eius et in rempub: Christiana amplissima merita, et in extremu usq; spiritum constanter declaratum erga Sacrosanctam Se:

dem Apostolo-

dem Apostolicam, studium et deuotio, omnino reretur, honorificentius et augustius peragendo suam etiam in defunctum pietatem nobiscum esse testaturam. Indicimus aut (quod quidem iandudum facturis, obuaria intercidentia negotiorũ pgrauium impedimenta prosequi citius non licuit.) Pragam deducto solenniter Mtis suae corpore, quod hic etiamnum sancte asseruatur, decima demùm die Martij solemnibus uniuersis, quae in eiusmodi actu, Catholico et pio usu consueuêre, adhibitis ritibus et ceremonijs, parentalia, eidem char.mo Parenti nro felicis: me: psentibus et adiuuantibus Ser.mis Austriae Archiducibus Ferdinando et Carolo fratribus nris char.mis, in aedis illic Regiae nra templo, quae Pragensis Archiepiscopatus Metropolitana est Ecclesia, concelebrare, iustisq; ea ratione piè solutis, corpus demùm, cui ipsa sua Mtas uiuens adhuc uoluerat, sepulturae eadem in Ecclia paratae, pro decore et dignitate personae eius Imperialis comittere, et demandare. Quod quidem Vra Sta ex filiali nro obsequio et obseruantia eò potissimum significamus, quod mini:

mie dubi:

mè dubitemus, S.tem Vram pro perpoetua sua erga ipsa:
tam Cæs. Mtem beneuolentia, curaturam, ut in hoc quoq;
pio officio peragendo, et actu funebri magis decorando
eiusdem nrae maxima dignitate solemniter assistat.
Sane edet in hoc Vra S.tas eximiu de se pietatis offici:
um, et nobis, nostrisq; iamdictis Serm.is fratribus ade:
ousq; exoptatum et acceptum, ut filiorum uere obser:
uantium et obsequentium animum et studium nostru
prestinum Vre S.ti nulla non occasione comprobandu
simus propensius etiam posthac suscepturi: Cui Vre
S.ti fortunatissima pra sua consilia omnia ut cedat,
unanimi uoto Deum immortalem indesinenter preca:
mur. Dat. Viennæ xxx Januarij. Anno 2d 65.

518°

Idem de funere scilicet Cæs: Mtis
Pragam abducendo, Regi Polo:
niæ scribit.

Maximilianus &c. Et institutum tandem
Diuinis auspicijs, quod iampridem quidem para:
bamus, sed intercidentibus identidem uarijs ob:
staculis prosequi maturius non potuimus, Sac.
Cæs. Mtis

Cæs. Mtis. parentis nri amantissimi augustiss. me: fu:
nus solemniter concelebremus, et ex ipsius Suæ Mtis. te:
stamenti decreto, supmaq; uoluntate, hac ex Vrbe ad
arcem nram Regiam Pragensem corpus eius trans:
portemus: Equidem commum nobiscum Serm.i Prin:
cipum Ferdinandi et Caroli Austriæ Archiducum
fratrum nroq; charm.i officio, ubi Imperiale eiusdem
Suæ Mtis. corpus sub Martij proximè sequuturj
initium in eandem arcem nram condecenti funebri
pompa deduxerimus, Exequias porro eiusdem in
Arcis templo, Cathedrali eius Archiepiscopatus Ec:
clesia, solemnes et parentalia pro pio Catholicæ
Ecclæ usu, ritibus solitis et cæremonijs adhibitis
sub decimam exinde Martij diem concelebrandas
et proseguendas, idemq; porro Cæsareum corpus
sepulturæ, ab ipsa Sua Mta. superstite adhuc
delecta reuerenter et Mti. Imperialis eius perso:
næ condignè demandandum omnino decrei:
mus: Justa Parenti amantiss. quod extremum
modò possumus et debemq; pietatis officij ea ratione ex
debita filiali obseruatia et obedientia nra piè solutur.

De quo

De quo quidem pio instituto nro admonendam Vram Sex.tam omnino duximus, simul et pro fraterna inter nos sanguinis coniunctione et amicitia syncera, peramanter petentes, ut eadem etiam Vra Sex.tas sui in eadem Ces. Mtem ꝛc. uti socerum olim char.mum animi deuotissimi hoc quoq; extremo pietatis officio contestandi gratia, ex suis quoq; aliquem extimium Legatum ad pdictum Actum nrum funebrem destinet; qui et nobis V. S.tis note in peragendo illo adsit, et decetero totum authoritate et psentia sua honorificentiore et ornatiorem reddat: Erit hoc py in defuncti animi singulare testimonium, ac Deo proinde summe gratum, Nos uero syncerii fris et consanguinei officium nobis pstitum ex eo beneuolenter agnoscemus, mutuoq; compensandum perlibenter suscipiemus. Valeat feliciter eadem Vra S.tas Da: ex Viennæ xxx.a Januarij. Anno M.D.LXV.

Maximilianus ꝛc.

519°

Duci Mantuæ annunciatur tempus Exequiarum Sac. Cæ. Mtis.

Vt instituti

Est institutum tandem Diuinis auspicijs, quod iampridem quidem parabamus, sed intercidentibus identidem uarijs obstaculis prosequi maturius non potuimus, Sae. Caes. Mtis. parentis nostri amantissimi augustiss. memorias solemniter concelebremus, et ex ipsius Suae Mtis. testamenti decreto supmaq; uoluntate, hac ex Vrbe ad Arcem nram Regiam Pragensem Imperiale corpus eius transportemus: Equidem commum nobiscum Serm.orum Principum Ferdinandi et Caroli Austriae Archiducum fratrum nostrorum charm.orum officio, ubi Imperiale eiusdem Suae Mtis. corpus sub Martij proxime seguuturi initium in eandem arcem nostram condecendi funebri pompa deduxerimus, Exequias porro eiusdem in Arcis templo Cathedrali eius Archiepatus Ecclie, solemnes, et parentalia pro pio Catholicae Ecclie usu, ritibus solitis et caeremonijs adhibitis, sub decima exinde Martij diem, concelebranda et proseguenda, idemq; exinde Caesareum Corpus sepultura eadem in Ecclesia ab ipsa Sua Mte. superstite adhuc delicte reuerenter et Mti. Impes.tis eius personae co-

digne

digne demandandum ommino decreuimus: Justa pa:
renti amantiss. quod extremum modo possumus et
debemus pietatis officium ea ratione ex debita filia:
li obseruantia et obedientia nra pie soluturi.
De quo quidem pio instituto nro admonendam T. Dilg.
ommino duximus, simul et pro Consanguinitate no:
stra et amicitia Synera, peramanter petentes,
ut eadem etiam T. Dilg. sui in eandem Cas. Mstem
uti Socerum olim charissimum animi deuotissimi,
hoc quoq; extremo pietatis officio contestandi gra, ex
suis quoq; aliquem eximium Legatum ad pdictum
actum nrum funebrem destinet, qui et nobis Tua
Dilg. noc in peragendo illo adsit, et de cæte:
ro totum authoritate et psentia sua honorificē:
tiorem et ornatiorem reddat. Erit hoc pij in
defunctum animi singulare testimonium, ac
Deo proinde summe gratum. Nos ue:
ro syncera consanguinei officium nobis psti:
tum ex eo beneuolenter, agnoscemus, mutuoq;
compensandū perlibenter suscipiemus. Valeat
feliciter cadē T. Dilg. Viennæ xxx Janu: 1565.

: hoc ad Ducē Sabaudiē omitatur:

In simili

In Simili ad Ducem Sabaudiæ

Maximilianus

5200

Francisco Pestien.

Scripsimus quidem iamdudum ad te mandantes, ut de equis ad quadrigas ducendus aptis et gradarijs insuper aliquot nobis cum primum prospiceres, qui exinde ad nos subito traducerentur: Quando aut à tanto iam tempore non equos tatum nullos adductos, sed ne responsi etiam quicq̃ abs te uidimus; Iterato tibi omnino mandamus, ut statim hisce acceptis, nisi iam conquisisti, omni studio de comparandis eiusmodi, quos diximus equis adhucdum labores, conquisitosq̃ illico ad nos transuehendos cures, ut eos Se-

renissimis

remissimis Austriæ Archiducibus Rudolpho et
Ernesto filijs nris charissimis, quibus destina-
uimus, maturius in Hispanias transmittamus.
Ineo tu ex benigno nra uoluntate es acturus.
Date Viennæ Ult.ma Januarij Anno 2d 65.